

213.



175.

Disputatio XVII.
DE QVASSI D E
lictis.

Cuius defensionem,
D. O. M. A.

P R A E S I D E,

C L A R I S S I M O,
C O N S V L T I S S I M O Q V E
V I R O, D N. H E N R I C O B O C E R O,
V. I. D. celeberrimo, & in inclita Tubingensi Academia Professore
præstantissimo, Præceptore suo hono-
rando:

ORDINARII EXERCITII GRATIA,
tempore locoq; consuetis, protenuitate in-
genij suscipiet

I O D O G V S C O L B S P I R E N S I S.



T U B I N G E N,
Typis Georgij Gruppenbachij,
M. D. X C I X.

Bbb

Disputatio XVII.

DE QVASI DELICTIS.

THESSIS I.



X NEGOTIIS, QVIBVS OBLIGATIO
constituitur, reliquum nobis est quasi maleficium. (a)
Est autem quasi maleficium, cum quis culpa (b) sua alij
nocet. (b)

a) Vide thesin. 42. disput. 2. sub classe i. (b) Non dolo,
sed sola culpa quasi maleficium siue delictum committitur, vti arguit Tot.
Tit. Instit. de obligat. quæ quasi ex delict. nasc. & textus in l. si quis absens s.
S. si Iudex litem, & §§. seqq. ff. de oblig. & act. Vide Hotomanum ad princip.
dict. Tit. Instit. de oblig. quæ quasi ex delict. nasc. in verb. Quasi ex maleficio
teneri & ad §. Item is, ex cuius in verb. Plerunque ob alterius. Instit. d. t.
& ad §. Præterea si medicus, in verb. Quia malè secuerit. Instit. de lege Aquil.
Sed obflare putatur, quod lex aquil. quæ verum & proprium delictum coërcet,
etiam ad culpam pertinet. (c) Verbum nocere pertinet tam ad ea, quæ
in rem facta sunt lis cuius 25. ff. de aqua, & aqua plu. arcend. quam ad ea, quæ
in corpus admittuntur l. i. §. hæc autem verba. ff. de his qui effud. vel deiecer.

II.

Huius genera duo sunt; vnum, quo alteriam verè nocitum est:
Alterum, quo solo futuri damni metu incusso alicui nocetur.

III.

Prioris generis species duæ sunt: vna, cum quis suo proprio facto
alicui nocet: altera, cum quis facto alterius nocere alicui dicitur.

IV.

Primæ speciei exemplum est, cùm Iudex per imprudentiam ma-
lè iudicando litem suam facit.

I. vlt. de extraord. cognit. d. l. si quis s. S. si iudex ff. de obligat. & act. &
Tit. Instit. de obligat. quæ q. ex delict. nasc. Dico per imprudentiam, nam qui do-
Bbb 2 lo ma-

DISPUTATIO DE

lo malo, puta, gratia, inimicitia, sorde male iudicauerit, ex proprio tenetur delicto l. filius fam. iudex 15. ff. d. iudic. & Tot. Tit. C. de pena iudic. qui male iudic.

V

Est autem hic litem facere suam, non suam quasi causam agere, ut Budæus voluit, (a) sed ut recte Donellus sensit, (b) litis periculo se obstringere.

- (a) *In annot. ad pandect. ad l. vlt. ff. de ædil. ed. pag. mihi 189. fac. 2.*
 (b) *lib. 15. commentar. cap. 27. pag. 457. circa finem.*

VI.

Et male iudicare dicitur iudex, cum aliter iudicat, quam legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est.

S. 1. Inst. de officio iudicis. Donell. lib. 15. commentar. cap. 27. pag. 457. vers. Quinta species.

VII.

Vnde Iudex si non pronunciet de expensis à parte petitis, litem suam facit.

Ioan. Baptif. Asin. post alios, quos refert, & sequitur in praxi iudicior. §. 32. ampliat. 39. num. 5. pag. 389. Berchtoldus in processu iudic. thesi 336. perl. properandum 13. §. siue autem. 5. C. de iudic.

VIII.

Similiter in caſu obscuro & intricato, si non sequatur iudex opinionem communem, male iudicat, & litem suam facit. (a) Non enim iudicanti recedere à communi opinione fas est, nisi ex evidenti ratione, (b) vt si alia non communis sententia propius ad legum textus & veritatem accedat, (c) & grauiores autoritates habeat, (d) vel rei similiter iudicatæ autoritas illi adsistat. (e)

(a) Ita vulgo traditum est per. c. 1. Ne iniurias. extra de constit. & sequitur Thomas Linus ad dict. princip. Tit. Instit. de oblig. quæ quasi ex delict. nasc. & ibidem etiam post alios Ioan. Schneidevvin. num. 16. & facit l. minime. 23. l. si de interpretatione. 37. & l. seq. ff. de legibus. (b) Bald. ad l. 2. C. de pena iudicis, qui male iudicauit, Dd. ad dict. c. 1. extra de constit. Thomas Linus ad §. Responsa prudentum, in verb. non liceret, Instit. de iure naturali gent. & Civil. (c) c. Capellanus; ibi, posterior sententia meliori & subtiliori nititur ratione extra deferijs. l. quod non ratione 39. ff. de legib. & l. 1. §. sed neque ex multitudine auctorum. C. de vetere iure enucleand. & in orat. Institutioni de conceptione digestorum §. sed neque ex multitudine auctorum. Per-

tinet:

ginet huc, quod Exodi cap. 23. scribitur, non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum adquiescas, ut à vero deuies. (d) arg. l. Diui. 17. ff. de iure patronatus, §. quæ omnia confessas sunt. 9. in orat. Iustin. de confirmatione digestorum & l. 2. l. 3. ff. de testib. & sentit ita Thomas Linus ad dict. §. responsa prudentum in verb. non liceret, Instit de iure naturali gent. &

(e) Ciuitati per l. Nam imperator. 38. ff. de legib.

IX.

Quod si autem ita, vt dixi, male iudicauerit per imprudentiam iudex, quasi delinquere dicitur, & ex q. illo delicto actione infactum parti læsæ tenetur, in quantum de ea re æquum religioni iudicantis videbitur.

d. l. vlt. ff. de extraord. cognit. d. l. si quis s. §. si iudex ff. de oblig. & act. & Tit. Instit. de oblig. quæ quasi ex delict. nasc. in princ.

X.

In errorem ergo raptus Donellus, quando contra autores iuris scribit, (a) hunc iudicem ob eiusmodi factum ex vero, & proprio delicto teneri.

a) lib. 15. commentar. cap. 27. in fin. pag. 459. & cap. 42. in fin.

XI.

Quid verò si litigator, iudicis imprudentis sententia læsus, appellare possit, intermitat autem appellationis auxilium, nunquid adhuc iudicem ex q. delicto obligatum habet? Affirmamus.

Per tex. in l. si per imprudentiam s. in prin. vbi gl. ff. de euict. si sine 22. §. cum autem, ibi, iniuria iudicis d. l. cum insundo. 78. §. Quod si mulier. ff. de iure dot. & l. i. in princ. vbi gl. ff. de appellat. Item, ibi, propter iniuriam iudicis ff. rem. rat. hab. sentit ita Bart. quest. 9. num. 15. 16. & 17. quo loco varijs argumentis hanc questionem examinat. Adhæret eidem decisioni Thomas Linus ad dict. princip. Tit. Instit. de oblig. quæ quasi ex delict. nasc. in verb. æquum religioni iudicantis. Sed obstare videtur l. si procuratorem 8. §. Quod & ad actionem ff. mandati, atque alia argumenta, quæ mouet Bart. dict. quest. 9. num. 1. 2. 3. 4. & 5.

XII.

Quod si litigator vicitus prouocet, & in appellationis iudicio vincat, expensas tantum appellationis à ludice illo inferiore consequi potest.

d. l. si sine 22. §. cum autem, & §. seq. ff. rem ratam hab. Bart. dict. quest. 9. num. 19. & Thomas Linus supra dict. loco.

Bbb. 3

Simi-

DISP V T A T I O D E
XIII.

Similiter si nulla fuerit iudicis sententia, litis duntaxat expensæ ab eo peti possunt, cum litigator ius principale retineat illæsum.

gl. & Dd. add. l. vlt. ff. de extraord. cognit. Bart. dict. quæst. 9. num. 20.

XIV.

Expensas item solum iure exigit pars à iudice, qui per imprudentiam malè iudicauit, si interposita sit appellatio, sed negligentia partis deserta.

Bart. dict. quæst. 9. n. 20. & Thomas Linius supra dict. loco, & facit text. in c. damnum Tit. de Reg. Iur. in 6.

XV.

Cæterum si in appellationis iudicio sententia iudicis inferioris fuerit confirmata, hanc in factum actionem pars viæta contra iudicem mouere non potest.

Per l. à proconsulibus. 19. C. de appellat. Bart. & Thomas Linius proximè citatis locis.

XVI.

Neque experiri hoc iudicio aduersus iudicem quis potest, si ex consilio suorum adsefforum, quorum sententias se qui tenetur, malè iudicauerit iudex.

Donell. dict. lib. 15. cap. 27. pag. 459. lin. 20. & seqq.

XVII.

Non est hoc loco omittendum, quod ex sententia Dd. Iudex quoque in administranda iustitia negligens, item suam facere dicuntur, quo ad damnum, quod inde parti obuenit, & actione in factum tenetur.

Andr. Geil. autoritate multorum quos memorat libr. 1. obseruat. practic. obseruat. 28. num. 7.

XVIII.

Quod de iudice hactenus diximus, exaudiri volumus etiam de iudice pedaneo, compromissario, & arbitro.

Per text. in l. si quis in conscribendo. 29. in fin. vbi vide Alciat. C. de pacit. & facit l. 1. ff. de recept. qui arbitr. receper. Thomas Linius & Ioan. Schneidervin. ad princip. Tit. Instit. de obligat. quæ q. ex delict. nasc.

Quid

XIX.

Quid verò, si aliquis iuris, ac negotiorum imperitus, homo rusticus, ad Iurisconsultum veniat, eiique litem, quæ sibi à vicino moueatur, exponat, petens ab illo iuris consilium, idque eiusmodi auferat, ut non cedat aduersario, sed quoad possit, & præsentí iudicio persequendo & à sententia prouocando resistat, atque hanc Iurisconsulti autoritatem securus, dum litem sectatur, damnum patiatur maximum; nunquid huic rustico actio hæc in factum contra iurisperitum & consultorem illum danda erit? Affirmamus cum Alciato & Hotomano, si ab alijs omnibus iurisperitis opinio eius fuerit damnata, quippe cùm inde apertè & perspicuè eius imperitia arguatur. Negamus verò, si à quibusdam tantum eius consilium reprobetur, quidam autem reperiuntur, qui eandem ipsius opinionem defendunt.

Alciat. ad l. cedere diem 213. §. vlt. ff de Verb. Sig. Hottoman. ad §. Præterea si medicus, in verb. quia male secuerit Instit. de lege Aquil. Atque hanc diuisiōnem probat text. in d. l. cedere diem 213. §. fin. & l. late culpæ. 223. ff. de verb. sig. & l. regula 9. §. sed facti ff. de iuris & facti ign. At obstat videtur l. 2. §. vlt. ff. Mandati l. consiliij 47. ff. de Reg. Iur. & c. Nullus ex consilio Tit. de Reg. Iur. in 6. per quos text. in contrariam abit sententiam Thomas Linus suprà dicto loco.

XX.

Non est hoc loco omissendum, quod si filius fam. litem suam fecerit, cùm patre nulla est actio, sed cum ipso filio agendum est.

§. si filius fam. vers. quod in filio fam. Instit. de oblig. quæ quasi ex delict. nasc. l. filius fam. 15. in princ. ff. de iudic.

XXI.

Est præterea primæ speciei exemplum in medico, qui venam alicui per imperitiam male secuit, aut perperam alicui medicamentum dedit; Ex quo facto & quasi delicto, si homo lœdatur, medicus ille actione legis aquil. ad damnum resarcendum tenetur.

l. qua actione 7. in fin. & l. seq. ff. ad leg. aquil. & §. imperitia quoq. vbi vi de Hottomanum, & consentientem nobis Vye sembec. Instit. de obligat. quæ q. ex delict. nasc.

Idem

DISPUTATIO DE
XXII.

Idem nobis iudicium est de omni eo, qui imperitia sua, vel quo alio culposo suo facto, non dolo, alicui damnum adfert. Nam & hunc ex quasi delicto teneri vel legis Aquiliæ, vel in factum actione prodanni dati ratione aferimus.

Hoc argumento, quod dolus delictum, culpa quasi delictum format, dico, pro damni datiratione, spectans scilicet distinctionem, quæ proponitur in §. vlt. Instit. de leg. aquil. de qua in thesi 21. disputationis 2. sub hac classe 3.

XXIII.

Hinc Commissarius, testium examini deputatus, si quid imprudenter in testium examinatione committat, ex quasi delicto in factum actione læso tenetur.

Ioan. Faber. & Ioan. Schneidevvin. num. 9. ad dict. princ. Tit. Instit. de oblig. quæ quasi ex delict. nasc. quibus nostrum calculum addimus per textus adscriptos thesi 54. disputationis 2. sub hac classe 3.

XXIV.

Similiter Notarius qui imperitè conficit instrumentum parti damnosum, ex quasi delicto parti læsa in factum actione tenetur..

Per textum in l. vlt. C. de magistratibus conueniend. & Dd. quos sequitur Ioan. Schneidevvin. num. 10. & Thomas Linius ad dict. princip. Tit. Instit. de oblig. quæ quasi ex delict. nasc.

XXV.

Ad hæc primæ speciei exemplum & illud est, si ex alicuius ædibus vel naue in eum publicum vel priuatum locum, quo vulgo iter fieri solet aut in quo consistit, interdiu vel nocte ab ipsomet habitatore improvido quid deiectum vel effusum sit, eoque alicui nocitum.

d.l. si quis absentis s. §. is quoque ex cuius cœnaculo ff. de oblig. & actionibus & §. Item is, ex cuius iunct. §. De eo vero, Instit. de obligat. quæ quasi ex delict. nasc. l. i. in princ. & §. parui l. Hoc edictum 6. §. i. & §. habitator. & Tot. Tit. ff. de his, qui effuder. vel deiec. de deiectis & effusis ex naue est l. penult. §. vlt. d. t.

XXVI.

Per deiectum & effusum intelligimus etiam, quod suspensum decidit, & quod pendens effusum est.

l. i. §. quod cum & §. s. §. pen. ff. d. e.

Ob huius-

QVASI DELICTS.

XXVII.

Ob huiusmodi autem factum habitator ex quasi delicto in factum actione tenetur, in duplum damni dati, (a) quæ actio perpetua est, & heredi competit, non autem in heredem. (b)

a) l.i. in princ. & §. hæc in factum actio ff. eod. tit. (b) l. si vero s. §. Hæc autem actio ff. d. t..

XXVIII.

Nec recipimus Donelli (*a*) sententiam, existimantis, hunc ob eiusmodi factum ex vero, non quasi delicto obligari.

a) lib. 15. commentar. cap. 42. pag. 532. lin. 30. & seqq.

XXIX.

Neq; admittimus opinionem Cuiacij, (a) asserentis, hunc ex proprio & vero maleficio obligari, ac teneri non hac in factum aetione, (b) sed iudicio legis Aquiliæ.

a) In notis posterioribus ad dict. Tit. Instit. de obligat. quæ quasi ex delicto
nasci. (b) contradicuntur. Hoc edictum c. §. Habitator, iunctus l. 1. §. vlt. cum l. 2.
ff. de his, qui effuder. vel deiec. Donellus quoque in proposito casu huic actioni
locum esse affirmat. dict. cap. 42. pag. 532.

XXX.

Non tamen diffitemur, hunc eundem & legis aquiliæ actionē
utiliter conueniri posse.

l. si vero s. S. cum autem ss. de his qui deiecer. veleffuder. iuncto S. ceterum
placuit, Institut. de lege Aquil.

XXXI.

Quòd si liber homo ex delecto occisus fuerit, hæc in factum
actio in quinquaginta aureos comparata est, (a) quæ popularis est
& annalis, nec heredi, nec in heredem datur. (b)

a) l. i. in princ. vers. si eo ictu homo liber. & s. sed cum homo liber, ff. de his
qui effuder. vel deiec. dict. §. ob hominem vero liberum. Instit. de oblig. quæ
quasi ex delict. nasc. (b) l. si vero s. §. Hæc autem actio. vers. Quæ autem ff.
de his qui effuder. vel deiec. l. vlt. ff. de popular. actionib.

XXXL

Etsi autem hoc casu popularis hæc sit actio, attamen ex pluribus

Ccc eam



eam desiderantibus ei potissimum datur cuius interest, vel qui affinitate cognationeue defunctum contingit.

d.l. si vero s. S. Hæc autem actio, vers. Dummido sciamus ff. d.t. l.2, l.3.

S. 1. ff. de popularib. actionibus.

XXXIII.

Cæterum si liberi hominis corpus ex eo, quod deiectum, effusum est, læsum fuerit, tunc actio hæc in factum cōpetit, ad mercedes medicis præstitas, cæteraque impendia, qnæ in curatione facta sunt; præterea etiam in operarum æstimationem, quibus ipse læsus caruit aut cariturus est, ob id, quod inutilis est factus.' Cicatricum autem, aut deformitatis nulla fit æstimatio, quia liberum corpus nullam recipit æstimationem.

l. vlt. ff. de his qui effuder. vel deiec.

XXXIV.

Est autem hæc actio ipsi læso perpetua: sed si eius heredes experiri velint, annua duntaxat erit; quippe cum in corpore libero, quod damni datur, iure hereditario ad successores non transeat, quasi non sit damnum pecuniarium.

d.l. si vero s. S. Hæc actio, vers. sed si libero nocitum ff. d.t.

XXXV.

Quod si plures diuisis in cœnaculis habitent, tunc actio in eum solum datur, ex cuius cœnaculo deiectum, vel effusum est.

d.l. si vero. s. in princ. ff. eod. Tit.

XXXVI.

In eodem autem cœnaculo si plures habitent, in quemuis hæc actio stringitur: (a) cùm impossibile sit scire, quis deieceret, vel effudisset; (b) Et quidem in solidum. Sed cum uno si actum fuerit, cæteri liberabuntur, (c) ar perceptione non litis contestatione: præstatur pars partem damni, societatis iudicio, vel vtili actione, ei, qui soluit. (d)

a) l.1. S. vlt. ff. de his, qui deiec. vel effud. (b) l.2. ff. d.t. (c) l.3. ff. eod.

(d) l.4. ff. b.t.

XXXVII.

Idem dicimus, si ex mediano cœnaculi quid deiectum sit.

d.l. si vero s. S. interdum, vers. quod si ex mediano ff. d.t.

XXXVIII.

Ex æquitate tamen in eum potius datur, ex cuius cubiculo, vel exedra deiectum est, licet plures in eodem cœnaculo habitent..

d.l. si vero s. S. interdum ff. h.t.

Con-

Q V A S I D E L I C T I S.

XXXIX.

Contra hospitem qui itineris causâ ad alium diuertit, hæc actio non mouetur, sed in eum qui ipsum recepit, qui tamen in factum actionem in ipsum hospitem vicissim intendere potest.

I. i. §. Hæc in factum actio §. Habitare §. si filius fam. d.l. §. §. si horrearius & §. seq. ff. eod. tit.

XL.

Sequitur prioris generis quasi delicti species altera, de eo, qui factio alterius nocere alicui dicitur. Huius speciei exemplum est in eo, ex cuius ædibus, vel naue tertius aliquid interdiu vel nocte deiecit, aut effudit quidpiam, quo alij noceatur. Hic enim ob tertij illius factum ex quasi delicto obligatur eius damni nomine.

I. si quis absentis §. §. Is quoque ex cuius, ff. de obligat. & act. & §. Item is ex cuius. Instit. de obligat. que quasi ex delict. nasc. l. pen. §. i. & Tot. Tit. ff. de his qui effud. vel deiecer.

XLI.

Actio autem, qua conuenitur, est actio in factum, comparata in duplum damni in re quadam dati, perpetua scilicet, & heredibus, non autem in heredes tributa.

d.l.i. in princ. & §. Hæc in factum actio & d.l. §. §. Hæc autem actio §. ff. d. t. & §. De eo verò, Instit. de oblig. que ex quasi delict. nasc.

XLII.

Ob hominem verò liberum ex deiectione occisum quinquaginta aureorum pœna constituta est; (a) pro qua petenda actio popularis intra annum competit; non tamen heredi, nec in heredem: Et licet popularis sit hæc actio, attamen in ea præfertur is, cuius interest, & qui magis est idoneus. (b)

a) §. ob hominem vero liberum Instit. d.t. & l.i. in princ. ff. de his qui effuder. vel deiecer. (b) d. l. §. §. Hæc autem actio. §. ff. d. t. l. 2. l. 3. §. i. l. mulieri 6. & l. vlt. ff. de popularib. action.

XLIII.

Quod si viuat liber homo, nocitumq; ei dicatur, quantum ob eam rem & quum iudici videtur, actio datur, Iudex enim computare debet mercedes medicis præstitas, ceteraq; impendia, quæ in curatione factas sunt, præterea operas, quibus caruit, aut cariturus est ob id, quod inutilis est factus.

I. vlt. ff. de his, qui effuder. vel deiecer. & §. si verò viuat, Instit. de oblig. que ex quasi delict. nasc.

10
DISPUTATIO DE
XLIII I.

Si filius fam. seorsim à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectum, effusum ué fuerit, nulla in patrem actio est, sed cum ipso filio agendum est.

§. si filius fam. Instit. d. t. & l. i. §. si filius fam. ff. de his qui effuder. vel deiecer.

XL V.

Huius item generis exemplum est in exercitore nauis, cauponæ, stabuli, si quis eorum, quorum operâ nauem, cauponam, stabulum, exercet, aut habitandi causa in caupona sunt, ipsa in naui, caupona, stabulo, vectoribus aut viatoribus damnum det, aut furtum faciat. Cùm enim aliquatenus culpæ reus sit exercitor, quòd operâ malorum hominum vteretur, aut inhabitatores malos eligeret, ex quasi maleficio, actione in factum, ipsis vectoribus vel viatoribus huius damni aut furti nomine in duplum tenetur.

§. item exercitor nauis, & §. vlt. Instit. de oblig. quæ quasi ex delict. nasc. & d. l. s. §. vlt ff. de oblig. & action. l. pen. & vlt. ff. Nautæ, caupon. stabil. & l. vn. §. vlt. ff. furti aduersus naut. caup. stab.

XL VI.

Quod si viatoribus datum sit damnum aut furtum, factum ab eo, qui repentina hospitio receptus est, pûta alio viatore, ipse exercitor cauponæ non tenetur: (a) vt nec tenetur, si prædixerit, vt vnuſquisq; res suas seruet, nec enim damnum se præstiturum: modò tam viatores, & vectores consenserint huic prædictioni. (b)

a) d. l. pen. §. in factum actione, ff. d. t. l. vn. §. vlt. ff. furti aduersus nautas caupon. stab. (b) d. l. vlt. in princ. vers. Item si prædixerit ff. naut. caup. stab.

XL VII.

Est & illud h̄c notandum, quòd signum cauponæ adpensum, obligat cauponem excipiendis sine delectu omnibus viatoribus.

l. vn. §. vlt. ff. furti aduersus naut. caup. stab. & facit l. incommodato 17. §. sicut autem ff. commodati & l. 4. C. de collat. fundor. patrim. lib. ii. Cuiac. in lib. 22. Pauli ad edictum, pag. 354.

Est præ-



XLVIII.

Est præterea huius generis exemplum in eo, qui ob noxiā sui
vel bruti animalis vel serui obligatur.

Hunc etiam ex delicto teneri sentit quoq; Ioan. Oldendorp. class. 6. act. 13.
num. 3. & arguit textus in §. si seruus domino. vers. Namq; inter, Instit. de
noxalibus act. Conuincitur etiam ex eo, quod hic de dato eiusmodi damno te-
netur, ut proinde personalis sit actio qua conuenitur.

XLIX.

Noxia est ipsum maleficium, siue nocens serui, brutæ animalis factum: Ut si furtum faciat seruus, vel rapinam, vel iniuriam,
vel seruus aut brutum animal alicui alio modo noceat.

§. Noxa autem, Instit. de noxalib. act. Non tamen publicum serui malefi-
cium, sed priuatum eius delictum noxia appellatur l. quid sit fugitiuus 17. §.
Noxas accipere debemus ff. de Ædilit. edict.

L.

Brutæ animalis noxia est, vel pauperies, (a) vel pastus pecoris. (b) Illa est damnum sine iniuria facientis datum; Nec enim
potest animal, quod sensu caret, iniuriam fecisse dici: (c) Hic verò
damnum propriè non est. (d)

(a) Tit. Instit. & ff. si quadrup. pauper. feciſſ. dicatur. De pauperie vide
Donell. lib. 15. commentar. cap. 44. pag. 546. & seq. (b) Paul. lib. 1. sen-
tent. Tit. 15. Vbi Cuiac. facit l. vlt. C. de leg. Aquil. iuncta l. Qui seruanda-
rum 14. §. vlt. ff. de præscript. verb. Aliud est pauperies, aliud pecoris pastus.
Depasci enim est vti: Vti autem non est propriè damnum dare l. qui occidit 30.
§. si quis alienum ff. ad leg. Aquil. (c) §. Pauperies autem, Instit. si quadrup.
pauper. feciſſ. dic. l. 1. §. 3. ff. d. t. (d) perfundamenta sub lit. (b) ad-
ducta.

LI.

Si pauperies commissa sit, dominus ex leg. 12. tab. actione de
pauperie tenetur: (a) quæ duplex est, directa & utilis. (b)

(a) d. l. qni seruandarum 14. §. vlt. ff. de præscript. verb. & tot. tit. Inst.
& ff. si quadrup. pauper. feciſſ. dic. (b) l. 4. ff. d. t. gl. ad §. vlt. in verb con-
tranaturam, & in verb. actio, & ad §. vlt. in verb. habebit. Instit. eod. tit.

Ccc 3 Directa

LII.

Directa hæc actio competit, si quadrupes mansueta pauperiem fecerit, (a) & quidem ea, cui ingenita feritas non est. (b) Utilis hæc actio est, si non quadrupes, sed aliud animal mansuetum, (c) vel quadrupes fera, aut canis ferox pauperiem fecerit. (d)

(a) d.l.4.ff. si quadrupes pauper. feciſſ. dic. (b) §. ceterum si genitalis, vbi gloſ. V vesembec. & alij Instit. d.t.l.1. §. sed etſi canis. & §. in bestijs. & l.2. in fin. ff. eod. tit. iunct. §. vlt. vbi gl. Hotomanus & alij Instit. h.t. Oldendorp. class. 6. act. 13. num. 2.

LIII.

Quod si autem fera bestia euaserit potestatem nostram, & naturalem libertatem receperit, & sic nocuerit, hac actione non tene-
mur, (a) ut nec si ferox noster canis, cum duceretur ab aliquo, asperi-
tate sua euaserit, & alicui damnum dederit; si continerit firmius ab alio
poterit, vel per eum locum induci non debuit: Tenetur tamen qui
canem ducebat actione legis aquiliae. (b)

(a) §. Denique si versus, Instit. si quadrupes pauper. feciſſ. dic. (b) l.1. §.
sed & si canis. vbi gloſ. & Dd. ff. d.t.

LIV.

Quod si animal nostrum non proprio motu sed propter loci ini-
quitatem, aut propter culpam mulionis, aut plus onerata in aliquem
onus euerterit; (a) vel instigatu alterius, doloue concitata nostra
fera damnum dederit, (b) cessat hæc actio.

(a) l.1. §. Itaque ff. h.t. (b) d.l.1.5. Sed & si instigatu & §. seq. ff. eod.

LV.

Nec etiam teneor hac vel alia actione, si aries vel bos meus occi-
derit vicini arietem, vel bouem, si hic meum prius fuit aggressus,
l.1. §. cum arietes ff. eod. tit.

LVI.

Est autem hæc de pauperie actio noxalis, vt qua conuento &
condemnato nocentis animalis domino liberum est, vel litis aestima-
tionem sufferre, vel brutum animal viuum noxae dedere.

l.3. C. de Noxalib. actionib. l.1. in prin. & §. Noxa autem ff. si quadrup. pau-
per. feciſſ. dic. & Instit. Tit. eodem in princ. ibi, quibus domino damnato & §.

Ideoq. si noxali, Instit. de offic. iudic. & l.1. ff. de his qui effuder. vel deiec. Solius
noxae deditio nullum est iudicium, sed pecuniaria actio præcedit, noxae deditio
sequitur l.6. §. l. ff. de re iudic. l. si ambo 12. §. quotiens ff. de compensat.

Com-

Q V A S I D E L I C T I S.

L V I I.

Competit autem hæc actio tum domino, tum etiam ei, cuius interest, puta commodatario & fulloni, &c.

l. 2. ff. si quadrup pauper. feciſ. dic.

182

L V I I I.

Et datur aduersus dominum, non cuius fuit pecus, cum noce ret, sed cuius nunc est: Qui si in iure interrogatus, an sua esset quadrupes, responderit, non esse suam, in solidum condemnatur, si constituit, eius esse animal.

l. 1. §. & cum, & §. Interdum autem. ff. d. t. & §. omnis autem, Instit. de noxalibus actionibus.

L I X.

Competit verò etiam liberarum personarum nomine, si forte patrem fam. aut filium fam. vulnerauerit quadrupes: Scilicet ut non deformitatis ratio habeatur, cum liberum corpus aestimationem non recipiat: Sed impensarum in curationem factarum, & operarum amissarum, quasque amissurus quis est, inutilis factus.

l. 3. ff. si quadrupes pauper. feciſ. dic.

L X.

Cæterū si canis ferox, verres, aper, vrsus, leo, ibi habeatur, qua vulgo iter est, & pauperiem commiserit, non modo hæc de pauperie actio locum habet. (a) Sed & si nocitum libero homini esse dicatur, quod bonum & æquum iudici videtur, tanti dominus ædilitia actione conuentus condemnatur, cæterarum verò rerum, quanti damnum datum sit, dupli. (b)

a) §. vlt. Instit. si quadrupes pauper. feciſ. dic. (b) §. cæterum, Instit. d. t. l. hi enim 40. & l. qua vulgo. 42. ff. de Ædilit. edict. Paul. lib. 1. sentent. Tit. 15. §. Fera. & ibi Cuiac.

L X I.

Vt de pauperie, sic & de pastu pecoris actio ex lege 12. tab. noxalibus est, proinde dominus pecoris, de hoc damno condemnatus, vel litis aestimationem sufferre, vel ipsum pecus noxæ dedere iubetur.

l. vlt. C. de lege Aquilia. iunct. d. l. Qui seruandarum 14. §. vlt. ff. de prescript. verb. Et scribit expreſſe Iul. Paul. lib. 1. sentent. Tit. 15. in princ. & ibi Cuiac. Hanc etiam actionem esse ex quasi delicto agnoscit Oldendorp. clas. 6. action. 19. num. 3.

Quem-

D I S P U T A T I O D E
L X I I .

Quemadmodum de brutæ animantis noxia, sic & de noxia sui serui dominus tenetur noxali actione, siue ob priuatum serui delictum conueniatur, (a) siue ex eo, quod popularem actionem patit, (b) non etiam si publicum admiserit delictum. (c)

- (a) Inst. de noxalib. actionib. in princ. & tot. eod. tit. ff. (b) l. 1. §. 1.
l. 5. §. prætor. ff. de his qui effuder. vel deiec. Cuiac. libr. 2. obseruat. cap. 40.
(c) l. Hæc stipulatio 200. ff. de verb. sig. l quod si fugitiuus 17. §. noxas accipere debemus. ff. de Ædilit. edict.

L X I I I .

Competit autem hæc actio in solum, qui nunc est, dominum (a) inscium, aut vetantem, vel qui vetare non potuit. (b)

- (a) §. omnis autem noxalis. Inst. de noxalib. act. (b) l. 2. l. 3. l. 4. &
aliquot seqq. ff. de noxalib. act. (b) l. 2. l. 3. l. 4. & aliquot seqq. ff. de nox.
act. l. vlt. C. eod. tit.

L X I V .

Quod si autem dolo malo fecerit dominus, quo minus in potestate seruum delinquentem habeat, vel neget se in potestate eum habere, actor autem nolit esse contentus iureiurando domini, actio in solidum competit sine noxæ ditione.

- l. 2. §. 1. ff. si ex noxali causa agatur l. si heres. 16. ff. de noxalib. act. l. si ser.
uus non sit 17. ff. de interrogat. in iure faciend. Vide Cuiac. lib. 22. obseruat.
cap. 9. & in commentar. in lib. 6. Pauli ad edict. pag. 103. & seq.

L X V .

Hactenus de priori genere: Posterioris generis exemplum est in eo, qui supra eum locum, ubi vulgo iter fieri aut consisti solet, quid periculosè positum, aut suspensum habet, ita ut possit, si ceciderit, nocere alicui.

- l. 5. §. pen. vers. cui similis est is, ff. de obligat. & actionib. §. cui similis. Inst.
de oblig. quæ quasi ex delict. nasc. l. 5. §. Prætor ait, & ne quis. §§. seqq.
ff. de his, qui effuder. vol deiecer.

L X V I .

Positum verò aut suspensum habere intelliguntur inquilini vel domini ædium, siue inhabitent, siue non, qui aut posuerunt ipsi, aut ab alio positum vel suspensum patiuntur, cum prohibendi ius esset,

- d. l. 5. §. ait Prætor, ne quis. 8. & §. positum habere ff. d.t.

Ex hoc

L X V I I.

Ex hoc quasi delicto nascitur in factum actio, in poenam decem aureorum, (a) cuius ex populo (b) comparata: Directa, & utilis: Illa, si positum quid sit in suggrundavel protec^to, hæc si alibi, puta in pergula vel reticulo. (c)

(a) Perte x t. ad praecedentem thesin adscriptos. (b) d.l.s. §. vlt. ff. de his qui effuder vel deiec. (c) d.l.s. §. pen. ff. d.t. facit l.s. §. pen. vers. cui similis ff. de oblig. & act. & s. cui similis Instit. de oblig quæ quasi ex delict. nasc.

L X V I I I.

Et quia in popularibus actionibus, cuius interest præfertur, (a) idcirco hæc in factum actio etiam heredibus, alijsq; successoribus, non autem in heredes competere dicitur. (b)

(a) l.3: s.1. ff. de popularib. actionib. (b) d.l.s. vlt. ff. de his, qui effuder. vel deiecer.

L X I X.

Si seruus insidente domino fecisse dicetur, noxalis hæc est actio:
d.l.s. §. prætor ait, ne quis ff. d.t.

L X X.

Cæterum, quæ actio locum habeat, si id, quod pericolosè suspensum, vel positum est, deciderit, & nocuerit alicui, non abs refuerit hoc loco inuestigare? Arbitramur autem eandem hanc actionem directam vel utilem stringi posse aduersus dominum, & inquilinum, qui positum habuerunt; (a) Eosdem quoque actione in factum ex edicto de effusis & deiecis teneri; (b) In tertium verò, qui posuit, actionem legi aquilæ de toto damno rectè moueri, existimamus; (c) Ut & in ipsum ædium dominum, & in habitatorem, si actor hac potius, vt pinguiori, quam illa in factum actione experiri malit. (d)

(a) d.l.s. §. prætor ait. ii. vers. coercetur autem, iuncto §. seq. ff. de his, qui effuder. vel deiec. (b) l.1. s. quod cum suspendetur 3. ff. d.t. (c) d.l.s. §. pen. ff. eod. iunct. §. cæterum placuit, Instit. de lege aquil. (d) l.s. §. pen. ff. de his, qui effuder. vel deiec. iunct. dict. s. Cæterum placuit, Instit. de lege Aquil.

L X X I.

Est item huius posterioris generis exemplum in eo, cuius opus in priuato agro manu factum efficit, vt aqua pluua aliter currendo, quam naturâ fluere solet, vicino agro nocitura sit.

l.l. §. l. §. In summa l. supra. ii. §. officium. in fin. l. Antæus 14. §. in hoc iu-

Ddd dicium

DISPUTATIO DE
dicum & Tot. Tit. ff. de aqua & aquæ plu. arcend. Cuiac. in lib. 49. Pauli ad
edictum pag. 328. & 339.

LXXII.

Atq; hoc factum quasi delictum esse vel hinc apparet, quod inde actio in personam nascitur, quæ dicitur actio aquæ pluviæ arcendæ, (a) quæ non præatoria sed legitima est, (b) quod item hæc actio serui nomine est noxalis. (c)

(a) l. si tertius 6. §. aquæ pluviæ arcend. ff eod. tit. (b) l. si vñsus fructus 22. §. vlt. ff. d. t. Oldendorp. claf. 6. act. 21. n. 1. Cuiac. in lib. 49. Pauli ad edictum pag. 328. (c) l. si tertius 6. §. penult. vers. sed si seruus ff. h.t. iunct. princ. Tit. Instit. de noxalib. actionib.

LXXIII.

In hac actione spectamus tum eius causam, tum ad quid, cui, & aduersus quem competit.

LXXIV.

Causa huius actionis in quatuor hisce consistit. I. Ut aqua pluviæ sit, quæ vicino constet nocitura. (a) II. Ut opus manu factum sit, quo illa nocebit aqua. (b) III. Ut opus illud factum sit in loco priuato, non in publico loco. (c) IIII. Ut aqua pluviæ noceat agro, seu fundo, non ædificio, vel oppido. (d)

(a) l. 1. in prin. & §. in summa ff. de aqua & aquæ pluviæ arcend. (b) d.
l. 1. §. Hæc autem & §. In summa ff. d. t. (c) l. 3. §. pen. l. si in publico 18. ff.
eod. tit. (d) l. 1. §. item sciendum 17. ff. h.t.

LXXV.

Excipitur tamen opus, I. quod agricoliendi causâ propter fruges fructus ué recipiendos aratro, vel manu factum est. (a) II. Quod publica autoritate factum est, aquæ emittendæ causâ. (b) III. Quod factum est ab ijs, qui primi agros illos constituerunt. (c) IV. Quod quis in suo facit nō egerendæ, sed auertendæ aquæ causâ, quæ priùs in agrum eius influere non solebat. (d) V. Quod factum est causa deriuandæ eius aquæ, quam domino iure seruitutis vicinis agris impoñitæ in eos agros emittere licet. (e)

(a) l. 1. §. de eo opere §. seq. §. sed & si quis, §. Labeo ait, & §. seq. & l. vici-nus 24. ff. de aqua & aquæ plu. arcend. (b) l. 2. §. Cassius & l. quod Principis 23. in prin. ff. d. t. (c) d. l. quod Principis 23. in prin. iunct. l. Labeo ait 19. ff. eod. (d) l. 2. §. pen ff. h.t. (e) l. 1. §. vlt. ff. d. t. Tria autem sunt, per quæ inferior locus superiori ad aquam eius excipiendam seruit, lex, natura loci, yetustas. l. 1. §.
vlt. l. 2. in prin. & aliquot. §§. seqq. ff. eod. tit.

Com-

L X X V I .

Competit autem hæc actio duarum rerum nomine, vt opus, quod factum est restituatur, & vt damnum, quod post litis contestationem contingit, sarcinatur.

l. si tertius 6. §. officium. ff. de aqua, & aquæ plu. arcend. Restituere autem non aliter videtur, quam si aquam coerceat. l. si usus fructus 22. §. non aliter ff. d. t. id est, curet, ne influat. l. 2. §. pen. ff. eod. tit.

L X X V I I .

Et quidem sua impensa opus tollere aduersarius fundi dominus tenetur, si ipse met opus fecit, quod si aliis fecit, pati duntaxat tenetur, vt actor tollat.

l. 5. l. si tertius 6. §. pen. l. is cum quo 7. l. supra. n. §. apud l. emptor 12. & l. seq. ff. d. t. l. 3. §. item si locum, ff. de alienat. iudicij mutandi causa fact.

L X X V I I I .

Quod si dominus iussus restituere opus, aut restituentem pati, non restituat, aut patiatur restitui, iudicis officium erit eum condemnare, (a) in id quod interest actoris (b) iure iurando illius aestimatum. (c)

a) l. vicinus 24. §. pen. ff. de aqua & aquæ pluui. arcend. (b) per text. in l. si quis ab alio 13. in prin. & § vlt. ff. de re iudic. l. si pœnam 68. ff. de verbor. oblig. & §. Non solum res. Instit. d. t. Donell. lib. 15. commentar. cap. 47. pag. 575. (c) Est enim hæc actio arbitraria, vt in qua restitui quid oportet officio iudicis. d. l. vicinus 24. §. pen. ff. de aqua, & aquæ pluui. arcend. iunct. §. præterea. Instit. de actionib. In quo actionis genere locus est iuri iurando in litem. l. Qui restituere 68. in fin. ff. de rei vindic. l. 2. §. 1. & l. 5. ff. de in litem iurando. Et de hac aquæ pluuiæ arcendæ actione expreßè id scribit Donell. dict. cap. 57. pag. 575.

L X X I X .

Datur autem hæc actio domino fundi illius, cui aqua nocere potest, (a) nisi passus fuerit vicinum opus facere, ex quo ei aqua pluvia noceat. (b)

a) l. si tertius 6. §. si quis prius ff. de aqua, & aquæ pluui. arcend. (b) l. Labeo 18. ff. d. t.

L X X X .

Vnde fructuario hæc actio directa non competit, (a) utilita mene in non denegatur, (b) multò minus Emphyteutæ. (c)

Ddd 2 l. 3.

18 DISPUTATIO DE QVASI DELICTIS.

- a) l. 3. §. vlt. ff. eod. tit. (b) l. si vesusfructus. 22. in princ. vbi Bart. ff. h.t.
(c) l. quod Principis 23. §. i. ff d. t.

LXXXI.

Tribuitur autem aduersus solum dominum fundi, in quo opus factum est, quo aqua pluia nocitura sit. (a) Utilis tamen haec actio etiam contra fructuarium datur, (b) licet directa conueniri non possit, (c) proindeq; & contra Emphyteutam conceditur. (d)

- a) l. 4. §. pen. & vlt. l. si in publico, 17. in fine principij ff. de aqua, & aquæ plu. arcend. (b) l. si vesusfructus 22. in prin. & §. vlt. ff. d. t. (c) l. 3. §. vlt. ff. eod. (d) per d. l. quod principis 23. §. i. ff. h.t.

LXXXII.

Cæteri verò, vt colonus, procurator, item venditor talis fundi, tenentur interdicto, quod vi, aut clām, (a) & venditor ille etiam in factum actione de alienatione iudicij mutandi causa facta, item post annum actione dolii. (b)

- a) l. 4. §. penult. & §. vlt. l. Antæus 14. ff. de aqua & aquæ plu. arcend.
(b) d. l. Antæus 14. & l. post venditionem 16. ff. d. t. & l. 3. §. Item si locum ff. de alienat, iudic. mutand. causa fact. Cuiac in comment. in lib. 49. Pauli ad edictum, pag. 337. Donell. lib. 15. comment. cap. 47. pag. 576.

LXXXIII.

Quod si plures sint domini fundi, singuli in partem experientur, & singuli in partem conueniuntur.

l. si tertius 6. §. i. & §. seq. & l. supra iter 11. §. officium ff. de aqua & aquæ plu. arcend. vide Cuiac, in commertar. in lib. 49. Pauli ad edictum, pag. 347. & seq.

LXXXIV.

Denique heredi, & in heredem tribuitur haec actio.

l. si tertius 6. §. penult. & l. si vesusfructus 22. in princ. ff. h.t.

FINIS DISPUTATIONIS
DECIMÆ SEPTIMÆ.

Ka 3071
(3/4)




5b

Burflind. 3/1.



Farbkarte #13



176.

Disputatio XVII.

DE QVASI DELICTIS.

THEISIS I.



X NEGOTIIS, QVIBVS OBLIGATIO
constituitur, reliquum nobis est quasi maleficium. (a)
Est autem quasi maleficium, cum quis culpa (b) sua alij
nocet. (b)

a) Vide thesin. 42. disput. 2. sub classe 1. (b) Non dolo,
sed sola culpa quasi maleficium siue delictum committitur, vti arguit Tot.
Tit. Instit. de obligat. quæ quasi ex delict. nasc. & textus in l. si quis absens s.
§. si Iudex litem, & §§. seqq. ff. de oblig. & act. Vide Horomanum ad princip.
dict. Tit. Instit. de oblig. quæ quasi ex delict. nasc. in verb. Quasi ex maleficio
teneri & ad §. Item is, ex cuius in verb. Plerunque ob alterius. Instit. d. t.
& ad §. Præterea si medicus, in verb. Quia malè secuerit. Instit. de lege Aquil.
Sed obstat putatur, quod lex aquil. quæ verum & proprium delictum coërcet,
etiam ad culpam pertinet. (c) Verbum nocere pertinet tam ad ea, quæ
in rem facta sunt l. is cuius 25. ff. de aqua, & aqua plu. arcend. quam ad ea, quæ
in corpus admittuntur l. i. §. hæc autem verba. ff. de his qui effud. vel deiecer.

II.

Huius genera duo sunt; vnum, quo alteriam verè nocitum est:
Alterum, quo solo futuri damni metu incusso alicui nocetur.

III.

Prioris generis species duæ sunt: vna, cum quis suo proprio facto
alicui nocet: altera, cum quis facto alterius nocere alicui dicitur.

IV.

Primæ speciei exemplum est, cùm Iudex per imprudentiam ma-
lè iudicando litem suam facit.

I. vlt. de extraord. cognit. d. l. si quis s. §. si iudex ff. de obligat. & act. &
Tit. Instit. de obligat. quæ q. ex delict. nasc. Dico per imprudentiam, nam qui do-
Bbb 2 lo ma-